ܨܒܥ, ܨܒܥܐ, ܨܒܥܐ, ܨܒܥܬܐ c. digitus, *pec.* index, Exod. 8, 19. 2) digitabulum. ܨܒܥܬܐ ܕܗܪܡܣ hermodactylus. ܨܒܥܬܐ ܡܘܪܐ medicamentum quoddam. *Ar.* ترعسه صبعتا الاندرفست Duodenum, *Nov.* 36.

ܨܒܥܐ, ܨܒܘܥܐ tinctura, infectio. ܨܒܥܐ ܕܬܘܠܥܐ tinctura vermiculi, *h. e.* color coccineus.

ܨܒܘܥܬܐ officina tinctoria. 2) *i. q.* ܨܒܥܐ Jud. 5, 30. 2 Sam. 1, 24.

ܡܨܒܥܘܬܐ baptiſmus, lauacrum.

ܡܨܒܥܐ tinctus.

[ܨܒܥܝ, ſeu, vt plerumque ſcribitur ܨܒܝ *Sabii,* nomen *Mendaeorum,* i. e. *diſcipulorum Joannis,* qui ita a baptizando dicti, *baptiſtae,* ſeu, vt Graeci illos vocant, ἡμεροβαπτισταί. Vide bibliothecam Orientalem priorem T. XVII. p. 43. XVIII, 55. 56. (vbi excerpta dantur ex Walchio de Sabaeis, qui et ipſum Joannem aliquando ἡμεροβαπτιστὴν dici monuit). Poteſt per Olaph et per Ee ſcribi, in Mendaeorum enim ſeu Sabiorum alphabeto non niſi vna vtriusque literae figura. Arabes quidem صبيين eos vocant, mentionemque eorum in Corano Muhammedes fecit, inter illos, qui vitam aeternam ſint obtenturi, modo bona opera faciant, Chriſtianos, Judaeos et Sabios numerans. Nomen idem Arabibus et idololatras ſignificans, ſed tum referendum ad צבא השמים *exercitum,* quem colant,

lant, *coeli.* Ergo duplices valde diſtingue Sabios, 1) idololatras, quos Muhammedes non poteſt non damnare, et 2) *Mendaeos. Sabii* latine dicendi ſunt, non, *Sabaei,* hoc enim nomen gentis, aliis plane literis, שְׁבָא, שׁבא, ܫܒܐ: gens, et ſecta religioſa, omnino diuerſiſſimae, non confundendae. Plura de Sabiis, ſeu vt auctores quos citabo eos vocant, Sabaeis, ſi cupis, inuenies in Norbergii *commentatione de relig. et lingua Sabaeorum,* et, Walchii *obſeruationibus de Sabaeis.* Vterque libellus cum partem faciat *commentariorum ſocietatis ſcientiarum Gottingenſis* qui paucis in bibliothecis reperiuntur, indicandum reor vbi eorum excerpta, addita epicriſi dedi, in *bibliotheca Or. priore,* T. XV. num. 245 et 248. Tom. XVII. num. 261. Tom. XVIII. num. 271. Alphabetum eorum, ſub Mendaei nomine, dedi in gramm. Syr. § 5.]

ܨܒܪ fecit, operatus eſt.

ܨܒܪܐ confuſio mentis, deliramentum (Effuſio; palpitans, nictitans *oculus, BB.*)

ܨܒܪܐ aloë.

ܨܒܘܪ *i. q.* ܓܒܪܐ vir.

ܨܒܬ decorauit, ornauit, fucauit *faciem, Sev. l. Rit.* 17. Eccl. 50, 10. *

[* Frequentiſſimum Syris, ſed reliquis Orientalibus, ſub his certe literis, ignotum verbum, cuius hanc ipſam ob cauſſam plura dare exempla lubet: chreſt. p. 29. ܡܨܒܬܢ ܐܝܟ ܕܠܡܫܬܘܬܐ *ornatae vt ad nuptias,* Matth. 12, 44. 23, 29. Luc. 11, 15. 21, 5. vbique retinente et Philoxeniana verſione. In ܬܨܛܒܬܝܢ ܠܐ 1 Petr. 3, 3. laborauit, cum *Lud. de Dieu* in grammatica harmonica p. 231. tum illum excerpens Schaafius, ille quidem ex coniectura in ܐܨܛܒܬܝܢ mutans, infeliciter et inuita grammatica, praeceſſerat enim ܠܐ, poſt quod imperatiuo non locus, ſed futuro: mutandum potius in ܬܨܛܒܬܝܢ ܠܐ. Non habere reliquas linguas dixi, forte tamen exigua literarum mutatione cognatum eſſe cum צבת Hebraeorum 2 Paral. 3, 15. poſſit.]

ܨܒܬܐ, ܨܒܬܐ decus, ornamentum, [1 Pet. 3, 3. 4.] fucus faciei.

ܡܨܒܬܐ, ܡܨܒܬܐ f. ܡܨܒܬܬܐ, ܡܨܒܬܬܐ ornatus, a.

ܡܨܛܒܐ ſedile (Suggeſtus, locus excelſior, *vbi ſacerdos ad aram ſtabat*, *B B.*

ܬܨܒܝܬܐ, ܬܨܒܝܬܐ m. *i.q.* ܨܒܬܐ.* [* 1 Tim. 2, 9. ܬܨܒܝܬܗܝܢ ܢܗܘܐ *ſit ornatus earum*, pro κοσμεῖν ἑαυτάς.]

ܨܘܒܬܐ exornatio.

ܨܕܐ intentus fuit. *c c.* ܒ 1 Sam. 12, 3. *Aph.* fixit, defixit *oculos. c c.* ܒ Eccl. 38, 30. 3 Eſd. 6, 28. Prov. 9, 18. 23, 5. 31. ܐܨܕ *c.*] *paragog.*

ܨܕܝܦܐ ſtibium, fucus, 2 Reg. 9, 30. Hyacinthus; *al.* ſmaragdus. Carbunculus, Exod. 28, 18.

ܨܕܐ vaſtus, vaſtatus, deſertus fuit. Job 18, 7. Num. 21, 30. Jeſ. 6, 11. 2 Par. 36, 21. priuatus eſt, 26, 43. Deſolauit, 31. Jeſ. 1, 7. Ludificatus eſt, illuſit, *dicitur de oris geſtu, motuque corporis, quibus aliquem illudimus, i.q.* ܐܣܬ aeruginauit. *Pah.* infoecundus eſt, 1 Samuel. 2, 5. (*Ethpe.* in deliciis fuit, laſciuiuit, luxuriatus eſt, Apoc. 18, 7. 9.* *v. Nov.* 366.)

[* Alii ibi habent ܐܨܛܪܝܘ ad rad. ܨܪܐ referentes, quam infra vide.]

ܨܘܕܝܐ illuſio, deriſio. *

[* *Fraus.* In Hexaplis ſub Aquilae nomine Jerem. 2, 27 ponitur pro Hebr. מרמה.]

ܨܕܘܝܐ illudens, ludificans; ſannio.

ܨܕܝܐ, ܨܕܝܐ proſpiciens.

ܨܕܝܐ rubigo, aerugo. 2) vaſtitas, deſolatio, ſolitudo.

ܨܕܝܬܐ intentio oculorum, attentio; laceratio, ſciſſio, disruptio.

ܨܕܝܬܐ vaſtitas, deſolatio, ſolitudo. 2) *Nom. loci ſ. region.* 3) viſus acutus.

ܨܕܝܢܐ illudens.

ܨܕܝܘܬܐ vaſtitas, deſolatio, ſolitudo. Lev. 26, 35. 2 Par. 23, 8.

ܨܕܝܬܐ ſterilis, infoecunda, Gal. 4, 27.

ܡܨܕܝܘܬܐ obtutus attentus, intentio oculorum.

ܡܨܕܝܢܐ ſpeculator.

ܨܕܥܐ tempus, κρόταφος, Jud. 4, 21. Jeſ. 3, 19. Cincinni. ܒܝܬ ܨܕܥܐ locus temporum, *vbi capillos, quos non plicant cum caeteris, relinquunt mulieres, et in frontem propendere ſinunt.* *Pl.* capilli ipſi, antiae. *Shab.* 80, 2. *Ar.* ضفاير *BB.* *

[* Joſ. 23, 13. *latera* ſignificat, pro Hebr. צריכם poſito, ܨܕܥܝܟܘܢ: ſed ſuſpicor, vitioſam ſcriptionem eſſe, conſulique codices velim.]

ܨܕܐ cauponariam exercuit.

ܨܘܕܝܐ nauſea, faſtidium, *Ar.* صداع *Nov.* 172. ܨ̈ ܕܚܡܪܐ acor vini.

ܡܨܕܝܐ caupo.

ܡܨܕܝܘܬܐ, ܡܨܕܝܢܘܬܐ taberna vinaria.

ܨܗܐ ſitiuit, Ruth 2, 9. Jud. 4, 19. *Pah.* Id. *Aph.* ſitire fecit.

ܨܗܝܢܐ, ܨܗܝܐ, ܡܨܗܝܢܐ, ܨܗܝܬܐ, ܨܗܝܬܐ ſitiens, Job 18, 9. Deut. 8, 15.

ܨܗܝܐ, ܨܗܝܐ Id. Pſ. 42, 3. 78, 17. Sitis, Deut. 28, 48.

ܨܗܝܐ, ܨܗܝܘܬܐ, ܡܨܗܝܢܘܬܐ ſitis.

ܨܗܠ hinniuit, Jer. 5, 8.

ܨܗܠܐ, ܨܗܠܐ, ܨܗܠܘܬܐ hinnitus, Job 39, 25.

ܨܗܘܠܐ hinniens.

ܨܗܘܪ, ܨܗܘܪܐ, ܨܗܪܐ cicuta, *herba.*

ܨܗܘܪܬ rutilatio *haſtae.*

(ܨܘܒ) ܨܒ rediit, reuerſus eſt, aduenit, interfuit; congregauit; plantauit, fixit, 1 Par. 17, 9.

ܨܘܒܐ

ܨܘܒܐ aduentus, reuerſio. 2) *Nom. loci. Nov.* 301. ܨܘܒܐ ܒܝܬ concilium, 306. ܨܘܒܐ ܒܝܬ meta, ſcopus, terminus; intentio. *Ar.* مقصد *Off. Mar.* 60. 187.

ܨܘܒܝܘܬܐ cauſalitas, effectio, praeparatio.

(ܨܘܕ) ܨܕ venatus eſt *feras, aues, piſces,* indagauit, Thren. 4, 18. Gen. 27, 5. Illaqueauit, irretiuit, Marc. 12, 13. *Part.* Luc. 5, 10. *Pah. i. q. Peal.* 1 Sam. 28, 9.

ܐܬܬܨܝܕ captus, *pec. piſcatu,* irretitus eſt, Num. 11, 22. Jeſ. 8, 15. 2Tim. 2, 26.

ܨܝܕܐ venatio, piſcatio, piſcatio, aucupium, captura, praeda venatica; cibarium, Pſ. 78, 25. Luc. 5, 4. 9. Antimonium, *Nov.* 125.

ܨܝܕܐ piſcator, venator.

ܡܨܝܕܬܐ, ܡܨܝܕܬܐ rete.

ܨܘܝܐ ludus, *Ar.* الملعب.

ܨܝܕ, ܨܐܕ / ܨܝܕ ad, apud; *Affixa more nominis habent, dicuntur de re, quae et Domini eſt et apud eum eſt,* Jud. 6, 21. 1Macc. 8, 12. 31. 9, 20.

ܨܝܕܢܝܐ Sidonius. Pharmacopola.

ܨܘܐ excoxit, inſculpſit, compoſuit, Ezech. 39, 15. *Aph.* collegit, congregauit, ibid. *conſtanter quaſi ex hac conj. habet BB.*

ܨܘܝܐ cippus, tumulus lapidum, *id. ib.*

ܨܘܐ arbor quae iam areſcit et pene exſiccata eſt; populus nigra, *arbor.*

ܨܘܝܐ / ܨܘܘܝܐ coctus vehementer, cruſtam ex coctura ducens.

ܐܨܘܦ purificauit, ܡܨܘܦ ܡܠܗ *BB.*

ܨܘܚܐ / ܨܘܚܐ vociferatio, quaerela, clamor; gemitus, fragor. ܨ̈ ܕܥܢܢܐ tonitruum.

ܨܘܚܬܐ doloris ſenſus ex tactu, horror ex doloris ſenſu.

ܨܘܢܝܐ morbus oculorum, caligatio.

(ܨܘܠ) ܐܨܝܠ fudit.

(ܨܘܡ) ܨܡ ieiunauit, 2 Sam. 12, 21.

ܨܘܡܐ ieiunium, Jeſ. 58, 6. 3. *

[* ܨܘܡܐ ܡܪܢܝܐ *ieiunium dominicum*, i. e. ieiunium quadraginta dierum, in memoriam paſſionis Chriſti ab eccleſia inſtitutum. Hinc ܦܠܓܗ ܕܨܘܡܐ ܡܪܢܝܐ medium huius ieiunii, i. e. dies Mercurii quartae eius hebdomadis, quem et olim Germani *Mitfaſten* vel *Mittfaſten* dicebamus, Angli *Midfaſt.*]

ܨܐܡܐ ieiunans, *raro vſurpatur.*

ܨܝܡܐ ieiunus, Mat. 15, 32.

(ܨܝ) ܨܝܢܝܐ Sinenſis.

(ܨܘܒ) ܨܒ arſit, *F. i. q.* ܫܒ, ܫܗܒ *et* ܫܒ *quae vid.*

ܨܘܨ / ܨܘܨܝ garriuit, *auium more.*

ܨܘܨܝܐ garrulitas auium.

ܨܘܨܝܢܐ cometa.

ܨܘܨܝܬܐ / ܨܘܨܝܬܐ Id. 2) fimbria, peniculamentum, Num, 15, 38. *Nov.* 200.

(ܨܘܪ) ܨܪ formauit, pinxit.* 2 Par. 3, 5. 7. Gal. 3, 1. *Ethpe. Paſſ.* c. 4, 19.

[* Sic et Arabicum صور.

ܨܘܪ / ܨܘܪܝܐ f. g. Tyrus, Tyrius. Vox ſibilantis.

ܨܘܪܐ collum, Pſ. 75, 7. *Pl.* Rom. 16, 4. ܪܡ ܨܘܪܐ ſuperbus, faſtuoſus.

ܨܘܪ ܡܘܬܐ puluis noxius.

ܨ̈ܪܐ ܕܪܘܡܢܐ capita malorum punicorum.

ܨܘܪܢܝܐ caligatio; ſcotoma, vertigo, 2 Sam. 1, 9. Jeſ. 13, 8.*

[* Sumtae

[* Sumtae hae ſignificationes ex Gabrielis Sionitae verſione Syriacorum Jeſ. 21, 3. *caligines, quaſi caligines parturientis?* Hoc male fido duce abdicato, monuerim, nomen Syriacum occurrere, pro צירים *torminibus parturientium* Jeſ. 13, 8. 21, 3. פלצות *tremore*, Jeſ. 21, 4. שבץ 2 Sam. 1, 9. ibique ab Arabe مصخاض *agon lethalis*, verti. Eſt niſi fallor, proprie, *tormen*, *conuulſio*, *ſpaſmus*, collato Arabico تعصّر *contorſit ſe.*]

ܨܘܪܬܐ imago, pictura, Rom. 8, 29.

ܨܝܪܐ calamus plumbeus, theca calamaria, (ſ. monilium) graphiarium.

ܨܝܪܐ ܕܥܝܢܐ rubor oculi, ſugillatio (palpitans, nictans oculus).

ܨܝܪܐ penicillus, Job 19, 24.

ܨܝܪܐ pictor, formator, caelator, fucator; pictura; veſtis polymita, et acupicta.

ܨܝܪܬܐ, ܨܝܪܬܐ rima, fiſſura, Cant. 2, 9.

ܨܝܪܬܐ ܕܬܪܥܐ ܨܝܪܬܐ, ܨܝܪܬܐ vertex ianuae, cardo.

ܨܝܪܐ morbus accidens cerebro, imbecillitas intellectus.

ܡܨܝܪܬܐ induſium.

(ܨܘܬ) ܨܬ audiuit, auſcultauit, attendit * Pſ. 130, 2. Prov. 17, 4. *Aph.* ܐܨܬ exaudire fecit.

[* Joh. 3, 29. Act. 2, 14. 8, 6. Aliquando cum adcuſatiuo, *auris*, ita conſtruitur, vt ſuſpicari poſſis, proprie eſſe, *arrigere aurem*, vt Pſ. 54, 4. ܘܨܘܬܘ ܐܢܝܢ ܠܡ̈ܠܐ ܕܦܘܡܝ *arrigite illas ad verba oris mei.* Sic Arabibus صوت in coniug. 7. curuitati oppoſitum notat, *ex incurua rectam adipiſci ſtaturam*, et مُصْتَات *erectus ſtatura.* Plerumque autem Arabibus صوت fortiorem ſonum ac clamorem denotat: hocne ita cum Syriaco cognatum, vt ſit, ſonus qui aures arrigit?]

ܨܘܬܐ, ܨܘܬܐ m. ſermocinatio, conuerſatio.

ܨܘܬܐ affabilitas.

ܡܨܬܐ auditio, auſcultatio. ܨܘܬܬܐ, ܨܘܬܬܬܐ Id.

ܐܨܛܚܦ liquefactus eſt. [Vbinam? quo auctore?]

ܨܚܚ aeſtuauit, incaluit; conſerenauit, Jon. 4, 8.* 2) *i.q.* ܨܚܐ male dixit, *vel pro eo. BB.*

[* In Aph. *elaborauit* (omni diligentia) *librum.* Joannes Maro apud Aſſ. B. Or. T. I. p. 503. not. 1. ܐܨܚܚ ܟܬܒܐ ܗܢܐ *elaborauit librum hunc.* Item correxit critica cura, adcurate contulit librum: ſic in Ettaphal ܐܬܟܬܒ ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܘܐܬܬܨܚܚ interprete Aſſemano, *ſcriptus fuit liber iſte, collatus* &c. ibid. p. 539.]

ܐܨܚܚ exſcripſit, deſcripſit, effinxit, expreſſit.

ܨܚܚܐ exemplar libri,* chirographum, autographum. Sectio. Deut. 34. *poſt.* 12.

[* E. g. nota marginis verſionis Philox. Marc. 11, 10. ܠܐ ܒܟܠܗܘܢ ܨܚܚܐ ܝܘܢܝܐ ܡܫܬܟܚ *in graecorum codicum nullo inuenitur.*]

ܨܚܝܚܐ calidus, vehementer, praeferuidus, Jeſ. 18, 4.

ܐܨܚܚܬܐ *i.q.* ܨܚܚܐ 2) effigies expreſſa, ſimulacrum.

ܨܚܐ maledixit, conuitiatus eſt, Exod. 21, 17. 22, 28. Jeſ. 8, 21.

ܨܚܘܐ ſerenum, ſerenitas, Matth. 16, 2. *v. Novar.* 331.

ܨܘܚܝܐ f. ܨܘܚܝܬܐ conuitium, maledicentia, obtrectatio, 1 Tim. 5, 14. *Pl.* c. 2, 1. Eph. 5, 4.

ܡܨܚܝܢܐ maledicus, conuitiator.

ܨܚܢܐ f. ܨܚܢܬܐ impudicus, laſciuus, libidinoſus, ſalax; ſordidus, contaminatus. f. a. Eccl. 22, 1.

ܨܚܢܘܬܐ impudicitia, laſciuia, libido, ſalacitas, Marc. 7, 22. Gal. 5, 19. Foetidus fluxus; Maſtupratio? *Annuit BB.*

ܨܘܚܪܐ pudor, verecundia.

ܨܛܪܦܢܝܢ / ܨܛܪܦܢܘܢ *Ar.* سيطرج lepidium.

ܨܝܒ praeparauit, *vt* ܛܝܒ *a* ܛܘܒ; effecit.

ܨܝܒܐ caro ſalita; ſuccidia; reduuia vngium (Fruſtum longum *carnis, Nov.* 185.)   ܨܘܒܬܐ *vide* ܨܒܐ.

ܨܠܠ colauit, Matth. 23, 24. Defaecauit.

ܐܨܠ reuerſus eſt. Vlulauit, *vt* ܐܠܠ *a* ܠܠ.

ܨܠܝܠܐ tinnitus acutus.

ܨܠܠܝܬܐ vlulatus.

ܨܠܘܠܐ terriculum *in cucumerario propter aues.*

ܨܠܘܠܐ / ܡܨܠܠܐ defaecatus, purus, ſincerus, Jud. 6, 19.

ܡܨܠܠܬܐ Id. *BB.* Colum. *F.*

ܨܘܠܠܐ / ܨܠܘܠܘܬܐ / ܡܨܠܠܘܬܐ colatio, defaecatio, limpitudo, ſinceritas.

ܨܠܘܠܬܐ incuruatio, genuflexio.

ܨܘܠܠ ܢܚܬܐ mundities veſtium.

ܨܠܒ crucifixit, Joh. 19, 6. 15. *Ethpe. Paſſ.* Luc. 24, 7.

ܨܠܝܒܐ crucifixus; patibulum, crux, crucifixio (*quae in locum ſtrangulationis ſucceſſit*) Luc. 14, 27.

ܨܠܒܘܒܐ fiſtula parua arundinea et canora. *Nov.* 151.

ܨܠܒܘܢܝܬܐ Ellychnium, ſulphuratum, pannus oleo delibutus igni ſuccendendo accommodus.

ܨܠܝܒܐܝܬ in modum crucis, *Sev. lib. Rit.* 115.

ܨܠܐ inclinauit, inclinauit ſe, declinauit, aduertit, tendit, extendit, 1 Reg. 2, 28. 1 Sam. 8, 3. Deut. 16, 19. 24, 17. ܐܕܢܐ ܨܠܐ inclinauit aurem, auſcultauit, Pſ. 17, 6.* ܠܒܐ ܨܠܐ aduertit animum, attendit. ܗܘܢܐ ܨܠܐ intendit animum. ܝܘܡܐ ܨܠܐ inclinata eſt dies, Jud. 19, 8. ܩܫܬܐ ܨܠܐ tetendit

tetendit laqueum. † ܫܘܪܐ ܨ̈ nutauit paries. *Part.* Num. 21, 15. *Pah.* orauit, Pſ. 5, 4. *Ethpe.* errauit, declinauit a recta via.

[* Omiſſo etiam auris nomine eſt, *auſcultare, praebere aurem.* Aſſ. B. O. T. I. p. 47. ܐܢܫܐ ܨܠܝܢ ܠܡܥܢܝܬܐ *homines cantica libenter audiunt, aurem illis praebent.* Niſi malis, *inclinant ad cantica,* plane non ſubintellecto auris nomine.]

[† Hexapl. ܐܝܟ ܦܚܐ ܨܠܝܐ, pro ὡς πάγις ἐφεσταμένη Jerem. 5, 27. Ab inclinando dicitur tenſio laquei.]

ܨܠܘܬܐ *Pl.* ܨܠܘ̈ܬܐ oratio, 1 Reg. 8, 38. ܨ̈ ܕܦܫܛܐ or. extenſionis, quae fit paſſis manibus. ܨ̈ ܕܩܨܝܐ or. fractionis, cum panis frangitur. ܨ̈ ܕܡܕܒܪܢܘܬܐ diſpenſationis. *Caten. Patrum. Sev. lib. Rit.* 124.

ܨܠܝܐ declinatio, aberratio.

ܡܨܠܝܢܐ orans, deprecans.

ܡܨܛܠܝܢܘܬܐ aberratio, digreſſio a recta via. *F.* Internus animi conflictus in electione boni et mali.

ܡܨܛܠܝܢܐܝܬ *Adv. praec. Off. Mar.* 377. 12. *et* 467. 21.

ܨܠܚ fidit, ſecuit, Gen. 22, 3. 1 Sam. 6, 14. *Pah.* Id. Eccl. 10, 9. Pſ. 74, 6. *Aph.* proſpere fecit, ſecundauit, ſucceſſit, Gen. 24, 21. Perrupit, fidit, *ut Hebr.* צלח 2 Sam. 19, 17. Deſcendit, ſuperuenit, requievit, habitauit. Liberauit, abſoluit.

ܨܠܚܐ exciſio. Hernia. Conductus, *Nov.* 218.

ܨܠܚܬܐ vulnus capitis: crepatura, *Nov.* 181.

ܨܠܝܚܐ exciſus, fiſſus, diffiſſus.

ܡܨܠܚܢܐ proſper, locuples, Pſ. 37, 7.

ܡܨܠܚܢܘܬܐ proſperitas, abundantia.

ܨܠܘܚܝܬܐ lecythus, phiala, lagena.

ܨܘܠܚܐ, ܨܘܠܚܢܘܬܐ ſciſſio.

ܨܠܡ figurauit, pinxit, finxit, *Sev. lib. Rit.* 39.

ܨܠܡܐ imago, ſimulacrum, 2 Par. 15, 16. Mat. 22, 20. Act. 19, 35. Heb. 1, 3. ܦܣܝܠܬܐ ܨ̈ ſculptile.* ܐܪܟܝܛܘܦܐ ܨ̈ effigies prototypa. ܩܫܬܐ ܨ̈ ſagittarius, *ſignum coeleſte.*

[* Pecul. *idolum*, quo ſignificatu perquam frequens eſt. Hinc ܨܠܡܝܐ ܒܝܬ *idoleum*, continuatori Barhebraei, in Aſſem. B.Or. T. III. P. II. p. 122.]

ܨܘܠܡܐ effigies, figura, icon.

ܡܨܠܡܢܐ pictor, fictor, plaſtes.

ܨܠܦ contudit, percuſſit. *Aph.* vulnerauit, Cant. 5, 7. 1 Reg. 20, 37. Marc. 12, 4.* 5, 5.

[* Nempe, Marc. 12, 4. non ܨܠܒܘܗܝ *crucifixerunt eum*, legendum, vt manifeſto errore habet in Germania recepta Gutbieriana editio, ſed ܨܠܦܘܗܝ vt reliquae, àtque hoc ipſo in loco verſio Philoxeniana.]

ܨܠܦܐ vulnus, Gen. 4, 23. 2) rima, *i. q. Ar.* شقّة 3) fragmen, *ita F. et G. Sion. male; Syris omnibus quos mihi contigit, videre BB. Bar Sheruſch. Zachariae etc. eſt i. q. Ar.* قلع , قشور , جلنار cortex *ſ. potius* balauſtium. ܕܪܘܡܢܐ ܨ̈ malogranati, Cant. 4, 3. 6, 6.

ܨܘܠܦܬܐ, ܨܘܠܦܬܐ vulnus, Exod. 21, 25. Job 9, 17. Prov. 23, 29.

ܨ̈ܠܦܐ ſciſſurae, Deut. 14, 7. *

[* Illae nempe, in quas vngulae vel pedes finduntur. Habe locum ipſum: ܐܝܠܝܢ ܕܦܪܣܬܗܘܢ ܨܠܦܢ. Videtur id velle Syrus interpres: *quae vngulam pedis in plures digitos fiſſam habent:* ſic quidem ܨܠܦܐ *digiti pedum*, in quos fiſſi ſunt, plures numero, forent inquirere hic non vacat, ſed in ſuſpicione monere. Caeterum Chaldaei mutato צ in ט dicunt, טְלַף *findere*, טִלְפָא *fiſſura.*]

ܡܨܠܦܐ vulneratus, vlceratus. (Apertio ianuae quae fit paulatim. *BB.*)

ܨܘܠܦܐ gladius, *pec. Ar.* صمصام *BB.*

ܐܙܕܡܪ auſcultauit, animaduertit, obſeruauit. *Part.* ܡܙܕܡܪܐ cuſtodiens. BB.

ܙܡܪ alligauit, circumfaſciauit, Jeſ. 1, 6. *Pah.* diſpoſuit, compoſuit, contexuit.

ܙܡܪܐ ornatus ſponſae, veſtis nuptialis, velum nuptiale, flammeum. *F.* faſciculus, Jeſ. 3, 23. Abacus, *Nov.* 209.

ܙܡܪܐ alligatio.

ܙܡܪܐ iuga textoria.

ܙܡܘܪܐ alligans. Vnguentarius. *Nov.*

ܙܡܘܪܝܐ preſſio oculorum defuncti.

ܙܘܡܪܐ ligamen, vinculum.

ܡܙܡܪܐ vinctus, ligatus, 2 Sam, 20, 8.

ܡܙܡܪܢܐ cohibens, prohibens.

ܙܡܗ ſplenduit, colluxit, apparuit, Jeſ. 42, 9. *Aph.* ſplendere fecit, illuminauit. *Ethpa.* ܐܙܕܡܗ ſplendidus factus eſt, ſplenduit. *Ettaph.* ܐܬܬܙܡܗ illuxit. Lucidus, deterſus fuit, factus eſt. *Off. Mar.* 292.

ܙܡܗܢܐ

ܙܡܗܢܐ ſplendor, Heb. 1, 3. *Off. Mar.* 370.

ܙܡܗܝܘܬܐ reſplendens, lucidus.

ܙܡܗܢܘܬܐ *i. q. Ar.* الغمرة *B B.* [linimenti ſ. fuci genus.]

ܙܡܝܘܬܐ foeditas.

ܙܡܝܢܐ foedans.

ܐܙܕܡܗܪ erubuit, pudore affectus eſt.*

[* E. g. Aſſem. B. Or. T. III. P. II. p. 120. *publice chriſtianus dici* ܗܘܐ ܡܙܕܡܗܪ *veritus eſt, erubuit.* Quadriliterum ex ܙܢ et ܡܗܪ conflatum. Gramm. Syr. § 37. num. 3.]

ܙܘܡܗܪܐ pudor, verecundia.

ܡܙܕܡܗܪܐ

ܡܙܕܡܪܐ pudefactus.

ܙܡܨܐ albugines, *F.* Albae et viſcoſae ad hirquos oculorum ſordes. *Arab.* رمص.

ܙܡܪܐ ſtranguria, difficultas vrinae. ܙܡܝܪܐ Id.

ܙܡܪܬܐ *Pl.* ܙܡܪ̈ܬܐ lacuna, gurges aquarum, Pſ. 69, 3. 16.

ܙܡܘܪܬܐ dens maior, Sap. 16, 10.

ܙܡܪܘܣܐ *Nom.* medicamenti.

ܙܡܪܡܪܐ *i. q.* ܙܡܪܐ. Caligatio oculorum.

ܐܙܕܡܠ conticuit, obmutuit.

ܙܡܠܐ peruerſus, tortuoſus.

ܡܙܡܠܐ carceres, 1 Par. 20, 3.

ܙܢܢܐ nidor *ollae, carnis.* 2) foetor aſcellarum.

ܙܢܢܬܐ *i. q.* 2 *praec.* 2) pilus laneus, *Novar.* 193.

ܙܢܬܐ Id.

ܙܘܢܟܐ lapis durus, ſaxum. Durities, Job 41, 15.

(ܙܢܥ) ܐܙܕܢܥ doloſe egit, Act. 7, 19. Eph. 4, 14. aſtutus factus eſt, *Aph.* Id. Inſidiatus eſt.

ܙܢܝܥܐ aſtutus, callidus, verſutus, vafer.

ܙܢܝܥܘܬܐ aſtutia, verſutia, calliditas.

ܙܢܥܬܐ Id. Job 31, 11. 28. *Pl.* ܙܢ̈ܥܬܐ inſidiae, Eph. 6, 11. Studia, facinora, actiones, Ezech. 14, 22. 20, 43. 21, 24. 24, 14. 36, 19. 31. *in bonum*, Jeſ. 12, 4. Pſ. 9, 12. 77, 13.

ܙܘܢܥܬܢܐ ?

ܙܢܝܥܐܝܬ aſtute, callide.

ܕܘܢܩܪܐ, ܕܘܢܪܐ, ܕܘܢܪܬܐ hamus, Jeſ. 19, 8. Joſ. 23, 13. *Novar.* 167.

ܕܘܫܡܢܝܢ, ܕܘܫܡܘܢ, ܕܘܫܡ *i. q. Ar.* كشميز *BB.* Uvae Corinthiacae?

ܕܘܟܠ foedauit.

ܕܘܟܠܢܐ accuſatio.

ܡܕܘܟܠܐ cruentatus.

ܕܘܟܐ ſcutella.

ܕܘܠ foedauit.

ܕܘܠܐ ſordes, foeditas.

ܕܘܠܠܘܬܐ Id. turpitudo.

ܕܘܠܐ ſcientia ſpeculatiua.

ܕܘܪ ſtuprauit, Jud. 19, 24. 29, 5. Gen. 34, 2.7. Probris affecit, conuiciatus eſt, c. 31, 50. 2 Par. 32, 17. 2 Sam. 16, 5. *P.P.* Marc. 6, 3. Infamem reddidit, 2 Reg. 17, 20. *Ethpa. Paſſ.* probris affectus fuit, &c. 1 Reg. 2, 26. Prov. 30, 32. Jeſ. 13, 16. Exod. 18, 18. Eccl. 22, 5. 23, 17.

ܕܘܪܐ ignominia, opprobrium, contumelia, conuitium, Jud. 19, 23. Eccl. 23, 18. 21. 29, 25. 29.

ܕܘܪܐ Id. maledictum.

ܡܕܘܪܐ ignominioſus, Jeſ. 3, 5. 1 Sam. 18, 23.

ܡܕܘܪܢܐ contumelioſus, conuitiator, maledicus, ignominiâ afficiens, 1 Cor. 5, 11. 6, 10.

ܡܕܘܪܢܘܬܐ dedecus, 1 Sam. 25, 25.

ܕܘܒܒ diſpoſuit, ordinauit.

ܕܘܒܒܐ numella, *tormenti genus* (Cippus, *pec.* ſeriatim incarceratorum; ſeries, ordo. *BB.*)

ܕܦܪܐ hydria plumbea (ſtannea) *pro vino.* 2) oculus ferreus, *quo peſſulus excipitur, ſeraue;* laqueolus, *cui innectitur fibula.*

ܕܦܪ̈ܐ capitella librorum.

(ܕܦܬ) ܕܦܬ̈ܐ ſtoreae. ܕܘܦܬܐ teges, matta, ſtorea.

ܕܦܝܢܘܬ ܪ̈ܓܠܐ mundatio *crurum.*

[ܕܦܢܐ 1 Macc. 12, 38. videtur eſſe, *locus editus in monte, vnde late patet proſpectus,* i. q. Hebr. מצפה, aut Ar. صفاة. Syrus aliter in Hebraicis legiſſe videtur, quam Graecus interpres hic habens, ἐν τῇ σεφήλα i. e. בשפלה, incertum במצפה an בצפה. Vera lectio forte ex vtraque componenda, בצפה בשפלה *in petra aliqua decliuis regionis.* Sic quidem vrbis, de qua ſermo eſt ſitum deſcribit Joſephus, Ἀδιδὰ πόλιν, ἥτις ἐπ' ὄρους κειμένη τυγχάνει, ὑφ' ἧς ὑπόκειται τὰ τῆς Ἰουδαίας πεδία. Ant. XIII, 6, 4.]

ܕܦܫ fulminauit. *Part.* ܕܦܫ *i. q. Ar.* يشرق، يطرق، بغتة *BB.* 2) illaqueauit, Luc. 21, 35. 3) accidit, contigit. *

[* Aliqua in his dubia, ſed a lexicographis recepta. Barſumae quidem, (Barhebraei fratri) ܕܦܫ eſt *venire, aduentare,* chreſt. p. 104 ܕܦܫܝܢ ܗܘܘ ܓܝ̈ܣܐ ܡܢ ܣܘܪܝܐ *veniebant latrones ex Syria,* et p. 108. *o diem irae, et noctem mortis,* ܕܕܦܫ ܥܠ ܐܚܘܗܝ *quae venit ſuper fratrem eius.* Sic et manifeſte ponitur Luc. 21, 35. pro Graeco ἐπελεύσεται, male ex ingenio vertentibus interpretibus et lexicographis, *illaqueare.* Verum hic ipſe Lucae locus, in quem vitium librariorum irrepſit, fraudi fuit philologis. Pro Graecis ὡς παγὶς γὰρ ἐπελεύσεται ἐπὶ πάντας τοὺς καθημένους ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς in editionibus noſtris Syriaci N. T. legitur, ܐܝܟ ܦܚܬܐ ܓܝܪ ܢܕܦܫ, manifeſto vitio, pro, ܐܝܟ ܦܚܐ ܓܝܪ ܢܕܦܫ, *vt funis veniet ſuper omnes habitantes terram.* Philoxeniana verſio nomen ܦܚܐ exprimens, et pro ἐπελεύσεται aliud veniendi verbum habens, ܐܝܟ ܦܚܐ ܓܝܪ ܢܐܬܐ. Iam hanc falſam lectionem interpretati ſunt, alii ex Graeco, *vt laqueus,* alii ex coniectura, *vt fulmen:* verbo illi ܕܦܫ *illaqueandi,* hi *fulmi-*

fulminandi notionem dederunt, ex vno loco ambo. Iam ergo demtis commentitiis aut dubiis, retinendum, 1) *venit*, *aduenit*, atque hinc 2) *accidit*, *contigit*.]

ܨܦܚܬܐ patina, ſcutella. *

[* Nempe id. q. צפחת Hebr. صحفة Arabicum, at, vbinam lectum? Samuelis enim 26, 11. 12. pro צפחת Syriace legitur ܩܘܠܬܐ.]

ܨܦܘܚܐ fulminans: illaqueans. [Vbinam?]

ܨܦܝܚܬܐ *Pl.* ܨܦܝܚܬܐ laqueus. Fulmen. Caſus repentinus.*

[* Iam antea monui, ex ſuſpecta lectione ܨܦܝܚܬܐ pro ܦܚܐ Luc. 21, 35 ſumtum eſſe.]

ܨܘܦܚܢܐ occurſus (Pugni in pectore percuſſio, *BB.*)

ܨܦܘܢܐ, ܨܦܘܢܐ ſapo. Inſtrumenta muſica.

ܨܦܘܢܝܐ ſymphonia muſica. Dan. 3, 5.

ܨܦܘܢܝܬܐ Id. Inſtrumenta muſica.

ܨܦܘܢܝܐ tuba, tibia.

ܨܦܝܢ plantae genus, *i. q. Ar.* صمغ صيبرانا.

ܨܦܪ, ܨܦܪܐ mane, tempus matutinum, Geneſ. 1, 5. 44, 3.

ܨܦܪ, ܨܦܪܐ, ܨܦܪܐ c. *ſaepius* f. auicula, paſſer. Luc. 12, 6. ܨܦܪ ܓܡܠܐ ſtruthiocamelus. ܨ̈ ܡܪܝܢ paſſer; *al.* pica auis. 2) hiſtoriae Mediae. ܨ̈ ܡܠܝܬܐ ſirenes; *al.* ſturnus, turdus. ܨ̈ ܩܒܪܐ alauda, *Ar.* القنبرين, القنبر [*potius* قنبرا] *BB.* ܨ̈ ܙܡܪܐ luſcinia.

ܨܦܪܐ auiarius, auceps.

ܨܦܪܝܐ matutinus, Apoc. 22, 16.

ܨܦܝܪܐ, ܨܦܝܪ hircus, Heb. 9, 12. 10, 4. 2) impudicus, laſciuus, pecus rabidum, *Nov.* 233. *

[* *Pecus rabidum* vbinam ſignificat? Suſpicor ſumtum ex Ezech. 7, 7. qui locus hic non praetermittendus a lexicographo fuiſſet.

Hebraica

Hebraica באה הצפירה אליך a Syro ibi vertuntur, ܐܬܐ ܙܦܝܪܐ ܥܠܝܟܝ Syriaca a Gabriele, *veniet hircus incola terrae ſuper te* (et vero, TE, a Syro genere feminino poſitum.) Sic quidem turpiuſcula imagine *hircus* erit, *conſtuprator*, i. e. *victor*, *terram ſubigens*. Hunc vero ipſum Ezechielis locum interpretaturus Ephraemus, *Babylonius*, inquit, *qui ſolitarius per ſeptem annos vt brutum vixit, aut Nebuſaradan princeps ſatellitum, qui Hieroſolymam vaſtauit, et habitatores eius in ſeruitutem abſtraxit.* Hoc ſi loco nituntur, quae ex Novarienſi translata ſunt, perquam incerta. Ne ipſum quidem interpretem hic de *hirco*, *conſtrupaturo terram Iſraeliticam et ſubacturo* cogitaſſe putem, cum Hebraicum צפירה generis eſſe feminini videret; ſed aliam, nobis adhuc ignotam ſignificationem Syriacum ܙܦܝܪܐ habuiſſe.]

ܙܦܝܪܐ ܓܕܝܐ hoedus *a primo ad tertium annum; ſpec.* anniculus. ܡܙܦܪܐ ܙ veruex.

ܙܦܪܬܐ lignum geminum ad bouis collum e iugo dependulum, quod vtrinque ad eiusdem iugi retinaculum loro ſubnectitur.

ܙܦܘܪ impudicus, laſciuus, procax, impudens.

ܙܦܬܐ / ܙܦܬܐ cura, ſollicitudo, Pſ. 55, 17. Sap. 6, 17. 7, 23. 8, 9. gemma annuli, Eccl. 21, 24. ſtorea arundinea.

ܙܦܠܡ *Nom. loci* ܙܦܠ Jeruſalem, *vide Buxt. Abbrev.* 209.

ܙܐܩܢܘܢ *i. q. Ar.* قاتل الكلب *q. d.* Thymelaea canina. Cneoron? *v. Bauhin. Pin.* 463.

ܙܪ ligauit, vinxit, incluſit. 2) inſoleſcere, *Nov.* 433. *Pah.* Id. ܡܙܪܪ colligatus, Joſ. 9, 4. *Ethpe.* ܐܙܕܪܪ ſtriduit, Hoſ. 4, 19.

ܙܪܘܩܬܐ Salamandra, Levit. 11, 30. *Nov.* 242.

ܙܪܪܐ ligamen, ligatura rei continuandae, faſciculus, Cant. 1, 13. 1 Sam. 25, 19.

ܙܪܘܙܐ genus locuſtae repens, *non volans, percutit radices arborum, et ex-*

·*areſcunt, a Nebuchadnoſor ſic. dictum, ſec. Almeruzi Ar.* يسروع *Nov.* 244. Deut. 28, 42. Joel 1, 4. 2, 25.

ܙܘܪܦܐ Seſeli; *al.* Laſerpitium.

ܙܪܘܒܐ / ܙܪܘܒܐ coccum.

ܙܪܘܦܐ carduus niger.

(ܙܪܕ) ܐܙܕܪܕ fugit, abiit, volauit *meticuloſus.*

ܙܪܝܕܐ tortus, retortus.

ܙܪܐ ſcidit. 1 Sam. 28, 17. Marc. 14, 63. *Pah.* fregit, rupit, lacerauit, c. 2, 22. Geneſ. 37, 28. 44, 13. Matth. 26, 65. Furatus eſt, *F. Ethpe.* ſciſſus eſt ſemel, c. 9, 17. 27, 51. Marc. 15, 38. Exod. 28, 32. 1 Reg. 1, 40. Laſciuiuit, 1 Tim. 5, 11. *Ethpa* ſciſſus eſt ſaepe. *

[* Malim hic, cum aliqua gratis ſumta ſint, vt, quod in Ethpeel ſit, *ſciſſus eſt ſemel*, inque Ethpaal, *ſciſſus eſt ſaepe*, ea deſcribere, quae diſtinctius habet Schaaſius, interſperſis nonnunquam meis:

"ܙܪܐ *ſcidit, diſcidit, fidit, rupit, disrupit, lacerauit, dilacerauit, Ch.* „צְרָא ſemel in Kal צְרָא לְבוּשֵׁהּ *disrupit veſtimentum ſuum*, Eſth. 4, 1. „in Thargum ſecundo. Conuenit Teutonicum zerren, Belg. *tarnen, aen* „*ſtucken tarnen.* (Haec quidem pro more eius ſeculi, omnes linguas ex Hebraica ortas putantis, quae facile condonabimus) „*lacerauit* Marc. 14, 63„ (Nempe hic vetus verſio habet, ܙܪܐ ܟܘܬܝܢܗ *lacerauit tunicam ſuam*, pro quo in Philoxeniana in Pael ܙܪܝ ܟܘܬܝܢܬܐ ܕܝܠܗ legitur. Et his quidem ex Caſtello addendum 1 Sam. XXVIII, 17. ܙܪܐ ܡܠܟܘܬܐ ܡܢܟ ܐܡܪܝܐ *aulſit regnum abs te*, Arabe ibi نزع interpretante. Hae ergo hactenus ſignificationes certae. Pergit ille:)

"Ethpeel ܐܙܕܪܝ paſſiuum praecedentis ܐܙܕܪܝ ܐܦܐ ܬܪܥܐ ܕܗܝܟܠܐ *facies* „*portae templi* (velum templi) *ruptae ſunt* Matth. 27, 51. Marc. 15, „38. Luc. 23, 45." (Hic quidem recentior verſio alio verbo ſynonymo, ܐܣܬܕܩ, vtitur. Quae hic ſub Ethpeel addit Caſtellus, a Schaaſio ſunt ad Ethpaal relata, Matth. 9, 17. ܕܠܐ ܢܙܕܪܝܢ ܙܩܐ *ne rumpan-*

rumpantur vtres, 27, 51. ܐܬܒܙܥܘ ܟܐܦܐ *petrae disruptae ſunt*, recentiore verſione iterum vbique verbum ܣܕܩ ponente, vt ܒܙܥ illo tempore quodammodo obſoleuiſſe videatur. Hic quidem ne coniugatio quidem certa, ex ſolis pendens, quas librarius adſcribit pro lubitu, vocalibus; nec quisquam aut reliqua loca legens a Caſtello citata, ſibi perſuadebit ܐܬܒܙܥ ſignificare *ſciſſus eſt ſemel*, ܐܬܒܙܥ ſine exemplo allatum, quod vel ipſis his locis alii habent codices, *ſciſſus eſt ſaepe.* Eſt hoc grammaticorum Syriacorum, emphaſes aut coniugationum diſcrimina quaerentium, commentum, nullo certo exemplo in lexicon receptum. Vide gramm. Syr. § 38.)

"Pael ܒܙܥ id. q. Peal, item, *laſciuiit. Lacerauit* Matth. 26, 65. „ܒܙܥ ܡܐܢܘܗܝ: Marc. 2, 22. *ne vinum* ܚܡܪܐ ܢܒܙܥ ܙܩܐ *vtres rumpat.*" (Sic et vtrobique Philoxeniana. Vnde autem Ferrarii, *furatus eſt*, manarit, et quo iure poſitum, ignoro, parum equidem huic nomini fidei habens.)

"Ethpaal ܐܬܒܙܥ i. q. Ethpeel. ܐܬܒܙܥܬ *disruptum eſt rete* Joh. 21, 11. „ܐܬܒܙܥܘ ܟܐܦܐ *petrae fiſſae ſunt* Matth. 27, 51. vide varias lectiones. „Participium ܡܬܒܙܥܐ ܗܘܬ *disrumpebatur* Luc. 5, 6. Plur. ܡܬܒܙܥܝܢ *rum-* „*pantur* Matth. 9, 17." (Hic ſaepe recentior Syriaca notius ܣܕܩ ponit.) "*Laſciuientes* 1 Tim 5, 11. vide de hoc loco var. lect. et „Buxt. lex. Chald. Syr."

De hac laſciuiendi notione aliquid dicendum. Graecum ὅτι καταστρηνιάσωσι τοῦ Χριστοῦ 1 Tim. 5. 11. Syrus vertit, ܡܬܒܙܥܢ ܠܗܝܢ ܡܢ ܡܫܝܚܐ, haecque Syriaca Arabs Erpen. انهن يبطرن على المسيح quibus de verbis ambigi poſſit, mihi quidem videntur dicere, *faſtidiunt Chriſtum.* Sic quidem ܐܬܒܙܥ non erit, *laſciuiit*, ſed, *diuulſa, abrupta fuit a Chriſti, cuius eam iam taedet, diuortium ab eo fecit, quae ei ſe ſacrauerat vidua;* peribitque laſciuiendi notio. Aliqui codices hoc loco per ܪ habent, ܡܬܒܪܥܢ, quod praetulit Schaafius: mihi edita lectio praeplacet, maxime ob Arabis Erpeniani verſionem Apoc. 18, 7. pro ἐστρηνίασε legitur in quibusdam editionibus ܐܬܒܙܥܬ

 et

et v. 9. pro στρηνιάσαντες, ܐܙܕܪܙܘ ; verum alii hic loco ܪ habent ܕ. Haec ergo *laſciuiendi* ſignificatio nondum certa, ac reliquis, quod eam valde facit ſuſpectam, linguis orientalibus ignota.]

ܙܪܝܩܐ, ܙܪܝܩܐ ſciſſus, Lev. 11, 26. f ܙܪܝܩܬܐ exciſa, Bar. 4, 19.

ܙܪܩܐ ſciſſura, rima *manus, ſ. pedis*, chira, rhagas, Jer. 13, 4. Aulaeator, *Novar.*

ܙܪܐ ܒܪ exactor, oppreſſor.

ܙܪܘܐ terebinthus, Eccl. 28, 13. nucleus pineus, Gen. 43, 11. Nux myriſtica, *BB.* *

[* Aliqua ex his falſa, alia dubitabilia. Geneſ. 43, 11. pro Heb. צְרִי poſitum, idem quod Hebraicum ſignificare videtur, me quidem iudice, balſamum, praeſtantius illud quod Meccanum, vel opobalſamum dicimus: ſed de hoc in ſupplementis ad lex. Hebr. dicetur. Altero loco, Sirac. 28, 13. vbi Graeci habent ἔρις κατασπευδομένη ἐκκαίει πῦρ, Syrus ſine dubio alia ac plura legens, vertit, ܙܪܘܐ ܘܟܘܦܪܐ ܡܕܠܩܝܢ ܢܘܪܐ, *Sarvo et pix accendunt ignem*, quod, pro lubitu vt mos illi, Gabr. Sionita, reddidit, *terebinthus et pix ignem accendunt.* Arabs quidem de terebintho ne cogitauit quidem, ſed صَنَوبَر vertit, quod 2 Sam. 6, 11. pro Hebr. ארז, Syr. ܐܪܙܐ poſitum, ſiue *cedrum*, ſiue, latius enim ארז nomen patet, arbores plures cognatas, *abietes, pinus, tedas* &c. ſignificat. Mihi quidem veriſimile, non tam arboris nomen hic ܙܪܘܐ eſſe, quam *tedae ſectae, cui pix illinitur igni accendendo*, a ܙܪܐ *ſecuit.* Nucem myriſticam Bar Bahlulio ſine exemplo non credo.]

[ܡܙܪܝܩܬܐ *ſciſſae*, vocantur literae quaedam, Eſtrangelis ſimillimae, quarum in titulis librorum vſus eaedem, quae alio nomine duplicatae. Sciſſae vocantur, quod tanquam ſciſſis in medio ſcribuntur lineis. Amirae gramm. Syr. p. 2.]

ܙܘܪܙܝܬܐ crocitatio, pupillatio, *pauonis vox*, *F. Vulturis ſ. accipitris. BB.*

ܙܪܘܦܣ ܡܪܡ praefigurauit, *Sev. l. Rit.* 20.

(ܣܢܩ) ܐܣܢܩ opus, neceſſe eſſe, ſ. habere, indigus eſſe, indigere.

ܣܢܝܩܐ egenus, inops, pauper, Act. 4, 34.

ܣܢܝܩܘܬܐ, ܣܘܢܩܐ, ܣܘܢܩܢܐ egeſtas, inopia, paupertas, Prov. 24, 34.

ܣܢܘܩܐ carduus niger.

ܣܪܗܒ auſus eſt, audax, impudens fuit. *Aph.* ingreſſus eſt audacter, violenter introduxit.

ܣܪܗܒܢܝܬܐ alabaſtrum, pyxis aromatica.

ܣܪܘܩܐ coccos baphica.

ܣܪܛܐ vber, mamma lac habens. ܣܪܛ epilepſiae ſpecies.

ܣܪܦ compreſſit, oppreſſit, palpitauit. Conflauit, Jer. 6, 29. *cum* ܠܒܐ doluit, palpitauit *cor.* Job 27, 6. *Aph.* anxit *cor*, Prov. 25, 20. comprehendit; compreſſit, *vt Kal.*

ܣܪܦܐ compreſſio, oppreſſio, palpitatio. Conflatio, excoctio. Vas fuſorium, conflatorium, Prov. 27, 21. *et i. q. Ar.* شف *Nov.* 134.

ܣܪܦ ܠܒܐ palpitatio cordis.

ܣܪܦܐ, ܣܪܦܐ Seraphim. Liberator. *Nov.* 111.

ܣܪܦܘܢܝܐ colaphizatio nudi corporis. Syrus.

ܣܪܘܦܐ compreſſor. ܣܪܘܦܘܬܐ compreſſio.

ܣܪܦܢܐ color coccineus, granum tinctorium.

ܡܣܪܦܐ ܡܣܪܩܐ medicamenta compoſita (probata) *BB.*

ܡܣܪܦܘܬܐ collectio, condenſatio. ܣܪܦܢܝܐ *i q. Ar.* سرناي. (*buccina*)

ܣܪܦܢܐ ܕܙܪܥܐ vermiculus cocci. ܣܪܦܬܐ adſtrictiuum. *Nov.* 189.

ܣܪܬܐ ſatureia, origanum, *Nov.* 135. *vide* ܣܬܪ.

ܣܪܬܐ ſerpyllum (*Ar.* صعتر *BB*) Jeſ. 55, 13. ܣܪܬܐ ſulcus.

ܩ

ܩ *in numeris valet* 100. *et* ܩ̱ 100000.

ܩܳܩܳܐ pelicanus, Lev. 11, 18. Pſ. 102, 7. 2) cygnus albus longocollis, *et Ar.* قطاة *BB.* Jeſ. 34, 11. Zeph. 2, 14. *al.* onocratalus. Cuculus, cornix. * ܩܩܘܪܓܘܣ κακȣ́ργος; *vel Chald.* קקירגרסין *BB.*

[* Haec ex interpretationibus vocabuli Hebraici variis ſumta, indeque partim contradicentia. Pro Hebraico קאת ponitur vbique, Lev. 11, 18. Deut. 14, 17. Pſ. 102, 7. Jeſ. 34, 11. Zeph. 11, 14. pro quo Chaldaeus קָק, Arabesque قِيق vel قُوق ponere ſolent. Longa diſputatio et incerta, qua hic defungi non poſſum, niſi commentarium ſcribere lubeat; ac de Chaldaico, Syriaco, Arabico nomine, quam hic fas eſt copioſius, diſputare. Etiam de قطاة vel قطا, quod Bar Bahlul, neſcio quo iure vt interpretationem Syriaci ponere auſus eſt, longior diſputatio, in eoque multus errori locus: de eo vide Golii lexicon, Hasselquisti itinerarium num. 44. auium, Russel's *natural hiſtory of Aleppo* p. 64. Duobus diuerſis auium generibus قطا nomen commune. Vide et Oedmann, *vermiſchte Sammlungen aus der Naturkunde, Heft* 2. Cap. 5. Mihi quidem קאת Hebraeorum, *pelicanus* eſt *veterum*, quem *onocrotalum* recentiores vocant, idemne vero mecum ſenſerit Syrus, hic non diſputo, veritus, ne moleſtus fiam lectoribus. Sola adſcribo verba Ephraemi, qui animalia impura in commentario ad Lev. 11. ſpiritualiter interpretaturus, ܩܳܩܳܐ inquit, *et* ܡܩܪܩܪܐ *ſunt imago ſtolidorum et vaniloquorum. Haec enim volucris deuolat ſuper reptilia in coeno viuentia, illisque veſcitur; eſtque deſerti amans, et ſemper ſine intermiſſione vocem edens.*]

ܩܰܩܒܳܐ, ܩܰܩܰܒܬܳܐ cacabus, κακκάβα, κικκάβη; bubo; *Ar.* قطاة foetidus, *BB. poſt.* perdix, cycnus, *F.*

ܩܩܪܝܚ *i. q. Ar.* الودع.

ܩܩܘܛܘܣ *Nomen fluuii omnium frigidiſſimi.* Cocytus?

ܩܩܐܠܐ *i. q. Ar.* اقاقيل Cardamomum.

ܩܩܘܠܝ Cardamomum vulgare.

ܩܩܪܐܠܘܢ cedrinum, *quod ex cedro fit.*

ܩܩܠܐ *i. q. Ar.* قاقلي *Nov.* 139.

ܩܘܩܠܐ, ܩܘܩܠܘܣ circuitus. κύκλος.

ܩܘܩܠܣܛܐܝܬ circulariter.

ܩܶܩܠܬܐ ſterquilinium, 1 Sam. 2, 8. Neh. 4, 2. Pſ. 113, 7. Thren. 4, 5.*

[* Ephraem. T. II. p. 136. lin. 5. *Iojakimi cadauer extra Hieroſolymae moenia raptatum* ܫܕܘܗܝ ܩܶܩܠܬܐ ܗܘ *in ſterquilinium proiecerunt.* Adieci et ob orthographiam locum, quod ibi Jod interpoſito ܩܝܩܠܬܐ ſcribitur. Sic et Chaldaei קיקלא, קיקלתא.]

ܩܘܩܠ ܐܓܪܝܣܛܐ paſtinaca agreſtis.

ܩܘܩܠܡܝܢܘܣ cyclaminus.

ܩܘܩܘܡܠܐ, ܩܘܩܘܡܐܠܐ, ܩܘܩܘܡܠܝܐ Κοκκυμηλέα.

ܩܶܢܝܐ aratrum, 2 Sam. 24, 22.* Dentale, buris, *F. Nov.* 146.

[* Pro Hebraico ibi מורגים ponitur. Aratrum eſſe non putem, quippe cui in area, vbi frumentum teritur, nullus locus, ſed potius tribulum Aegyptium, a NIEBUHRIO T. I. itinerarii p. 151. deſcriptum, نُورَج dictum. Hoc quidem Arabicum nomen vtrumque ſignificat, *aratrum,* et *tribulum,* vnde forte factum, vt Arabe aliquo نورج ܩܢܝܐ interpretante, pro aratro haberetur. De Arabico interprete librorum Samuelis intelligi hic nolim, ille enim hoc in commate plane ſuus eſt, nec Syrum ſequitur.]

ܩܢܝܐ ſtimulus, *quo boues ſuppunguntur.*

ܩܩܒܐ perdix.

ܩܩܢܓ Alkakengi.
ܩܘܩܘܢܝܕܝܘܢ, ܩܘܩܢܝܕܝܘܢ Coccum Cnidium.
ܩܩܐܢܘܣ cancer.
ܩܘܩܢܘܣ, ܩܘܩܢܘܣ, ܩܘܩܢܐ cygnus.
ܩܘܢܕܪܝܠܘܣ chondrilla.
ܩܩܘܒܬܐ, ܩܩܘܒܐ ampulla, alabaſtrum.

ܩܩܝܐ, ܩܩܐܝܣ *i. q. Ar.* طبيق.
ܩܘܠܘܪܝܣ collyria.
ܩܘܩܘܣܒܐܦܝܩܘܣ coccus baphica. (leg. f. . . . ܒܐܦ)

ܩܩܘܦܐ Upupa.
ܩܩܘܦܪܓܡܘܢܐ qui infeliciter mercatorem agit, *κακοπράγμων*.

ܩܰܐܪܳܐ ܕܬܢܝܢܳܐ cauda draconis coeleſtis.
ܩܰܐܪܰܬܳܦܰܣܝܣ affirmatio.
ܩܶܐܛܝܶܐ Cete.
ܩܶܐܛܪܳܐ ſcalae ligneae.

ܩܶܐܢܝ poſſeſſio. Gaza. *Affine Hebr.* קָנָה *Graec.* *κτάω*.

ܩܐܘܠܛܐ inanis, vacuus.
ܩܰܐܠܛܳܐ acumen ingenii, acrimonia.

ܩܰܐܡܳܐ camus (numellae, *ad pedes equi intorquendos, Nov.* 219.) *

[* Habet Ephraemus, ſed tranſlate, T. I. p. 52. vbi de animalibus, quae pacate, non verente lupum agno, ad Noachum veniebant, *Deus*, inquit, ܐܪܡܝ ܩܐܡܐ ܕܫܠܡܐ ܒܟܠܗܘܢ *numellos pacis illis iniecerat*, i. e. cogebat pacata eſſe. Eſt, vt latinum camus, ex Graeco *κημὸς*, a *κάμπτω*.]

ܩܐܪܘܙܐ nux auellana.

ܩܐܪܘܬܐ cera.

ܩܐܪܝܢܐ ܕܡ̈ܝܐ decurſus aquarum.

ܩܐܪܩܦܐ *vide* ܩܪܩܦ.

ܩܐܫܐ ſtipula. *Hebr.* קַשׁ.

ܩܐܬܪܣܝܣ expiatio, purgatio; abſciſſio, excommunicatio.

[ܩܒܒ in Pael Chaldaeis, itemque Arabibus, eſt, *fornicatum opus exſtruxit:* inde Syris,

ܩܘܒܒ f. in ſt. emph. ܩܘܒܒܬܐ, fem. *fornicatum opus*, i.e. teſtudo ſenſu obſidionali. Sic Syrus interpres Jeſ. 29, 3. pro Hebr. מֻצָּב poſuit, ad צב *teſtudo* Num. 7, 3. illud referens, aut ad قبّ *texit.*]

ܩܒܐ cuſtodiuit, retinuit *aquam*, Jer. 2, 13. *Ethpe. Paſſ. Ethpa.* tectus, opertus eſt.

ܩܒܐ *et* ܩܘܒܐ ܕܡ̈ܝܐ congregatio aquarum, lacuna, lama.

ܩܒܝܬܐ, ܩܘܒܘܬܐ, ܩܘܒܝܬܐ Id. Jeſ. 22, 11. Levit. 11, 36. 2) Collectio puris. *vid* ܩܘܒܣ ſubucula.

ܩܘܒܝܬܐ *i. q.* 2 *praeced.* Interula.

ܩܐܒܘܬܐ, ܩܒܘܬܐ arca, κιβωτὸς, Geneſ. 6, 14. arcula, alueus, fiſcella, Exod. 2, 3. ܩ̈ ܕܣܗܕܘܬܐ arca teſtimonii, Exod. 25, 16.

ܩܘܒܪܐ catena, funis, chorda.

ܩܒܠ accuſauit, ſe oppoſuit, *cc.* ܠܘܩܒܠ Rom. 8, 33. Interpellauit, arguit, *c.* ܠܘܩܒܠ c. 11, 3. Sap. 12, 12. Obuius fuit, Act. 25, 24. Conqueſtus eſt, 1 Macc. 8, 32. 10, 61. 63. *Pah.* accepit, c. 7, 38. 9, 9. 16, 24. acceptauit, Joh. 3, 33. Suſcepit, Pſ. 6, 10. 2 Cor. 8, 17. Concepit, Heb. 11, 11. Luc. 1, 31. Excepit, c. 10, 10. recepit, c. 16, 4. 6, 24.* *Eth-*

pa. Paſſ. Act. 15, 4. Rom. 15, 31. Luc. 4, 24. *Aph.* offendit, recepit, c. 15, 27. Occurrit, obuiam iuit. ܐܟܣܢܝܐ ܩܒܠ excepit hoſpites, hoſpitatus eſt, 1 Tim. 5, 10. ܒܥܡܪܐ ܩ hoſpitio excepit, Act. 21, 16.

[* *Conueniens eſt, decet.* Joſuas Stylites in Aſſ. B. Or. T. II. p. 15. not. 2. *de quo plurimi cogitabant,* ܕܡܩܒܠܐ ܠܗܘܢ *quod ipſi conueniens eſſet, vt officium hoc docendi ſuſciperet.*]

ܩܘܒܠܢܐ accuſatio.

ܩܘܒܐ germen, flos (*pec.* chamaemelum, *BB. v. Nov.* 195. ܩ ܢܘܪܐ *ſ.* ܩ ܩܡܘܣܐ primula veris alba vel rubra.

ܩܘܒܠܐ acceptio, receptio, ſuſceptio; conuiuium, epulum, Luc. 5, 29. 14, 13.

ܩܘܒܠ ܛܝܒܘܬܐ gratiarum actio, Pſ. 18. *t.* 30. *t.* 56. *t.* 57. *t.* 61. *t.* 63. *t.*

ܩܘܒܠܐ facies; hilaritas vultus, Gen. 29, 17. 39, 6. 1 Sam. 25, 3. Pſ. 10, 5. Eccl. 25, 26.

ܠܩܘܒܠܐ contrarius, aduerſarius, 2 Theſſ. 2, 4.

ܡܩܒܠ, ܡܩܒܠܐ acceptus, acceptabilis, Act. 10, 35.

ܡܩܒܠܢܐ acceptans, excipiens; hoſpes, *actiue,* c. 17, 7. Rom. 16, 23.

ܡܩܒܠܢܝܬܐ acceptabilis.

ܩܒܠܬܐ ſterquilinium.

ܠܘܩܒܠ, ܠܩܒܠ coram, contra, propter, Jud. 20, 25. *de Dieu,* Mat. 19, 8.

ܕܠܘܩܒܠ aduerſus, Judith 16, 17.

ܠܘܩܒܠܗ ad praeſentiam eius, Jud. 19, 3.

ܡܩܒܠܬܐ opportuna, f. Pſ. 5, 13.*

[* In loco, ex quo haec ſignificatio ſumta, adhaeſerunt, diuerſi valde, interpretes. Hebraica כַּצִּנָּה רצון תעטרנו Syrus vertit, ܐܝܟ ܙܝܢܐ ܡܩܒܠܬܐ ܟܠܠܬܢ, haecque iterum Arabs Maroniticus, كالترس سلاح المسرة كللتنا, *laetitia tanquam armis circumdediſti nos.* Vides pro רצון poni, et ab Arabe, *laetitiam, hilaritatem* verti. Mihi

Mihi quidem ܦܘܓܥܢܘܬܐ hic videtur, *gratia* (diuina) eſſe: *gratia tua vt ſcuto tegis me.*

Iam recentiores audiamus interpretes. Gabriel Sionita verterat, *vt clipeus opportunus cinges me*, obſcura ſententia, nec epitheton, *opportunus*, clipeo aptum, ſed hoc in lexicon admiſſum. Erpenius, *vt ſcutum complacentiae*, ne ſatis quidem grammatice, *ſcutum enim complacentiae* eſſe debuiſſet, ܣܢܪܐ ܕܦܘܓܥܢܘܬܐ, nec apta phraſi: id tamen vidit, ܦܘܓܥܢܘܬܐ *gratiam* ſeu *complacentiam diuinam* eſſe. Hunc reprehendens DATHIUS, non pro nomine habet, ſed participio Pael *vt ſcutum acceptum operies me.*]

ܐܦܓܥ incurrit, occurrit, 2 Sam. 1, 6. 18, 9.

ܦܘܓܥܢܐ, ܦܘܓܥܢܐ contrarius, aduerſarius, oppoſitus, Prov. 14, 7. Joh. 19, 12. *

[ܦܘܓܥܢܝܬ ſt. emph. et fem. ܦܘܓܥܢܝܬܐ *contrarius.* Philoxeniana verſio Marc. 6, 48. ܐܝܬܘܗܝ ܓܝܪ ܪܘܚܐ ܦܘܓܥܢܝܬܐ ܠܗܘܢ, *erat enim ventus illis contrarius.*]

ܦܓܥܬܐ *vide* ܒܓܥܬܐ. p. 131.

ܦܓܥܐ paſſio quaedam morbi.

ܦܓܥܝܬܐ ſaccharum album.

ܦܓܘܥܐ proclamator, praeco.

ܦܓܘܥܘܬܐ praeconium, praedicatio.

ܦܘܓܢܐ columna.

ܦܘܓܢܝܬܐ ſuppuratio, catarrhus: nubecula vnguium, *eorum ſc. albidum punctum.* Columbae genus ſylueſtre exile. *Nov.* 249.

ܦܓܛ fixit, adfixit, infixit, Prov. 6, 21. Jeſ. 40, 19. Eccl. 12, 12. appendit, Exod. 39, 25. *Ethpa. Paſſ. Kal* Pſ. 33, 3. Sap. 1, 2.

ܦܓܛܐ fixio, Sap. 7, 19. 29.

ܦܓܛܬܐ acus artificia in ſubucula.

ܩܘܒܥܐ pileus, Exod. 26, 37. *Nov.* 203. Capitellum columnae.*

[* Nempe Exod. 26, 37. pro ווים ponitur, quod nomen Hebraicum LXX κεφαλίδας verterunt. Hoc ſpectaſſe in ſua interpretatione Nouarienſis videtur. Poſſint ſane capitella tanquam galeae dici, quod Hebraicum קובע ſignificat. Sed alius forte וָו *vncinum* explicans, mallet Syriacum nomen vncinum eſſe, ab infigendo dictum. Mihi non liquet. Occurrit praeterea Dan. 3, 21. pro כרבלתהון *criſtatis galeis.*]

ܩܒܝܥܐ inſertus, Exod. 25, 33. 37, 19. ܡܩܒܥܐ Id. Infixus.*

[* Occurrit in Hexaplis Jer. 10, 5. ſub Theodotionis nomine pro Hebr. מִקְשָׁה, a Norbergio *infixa* redditum: quin et ibidem ex Aquila citatur, ܡܩܒܥܐ ܠܡܣܡܗܘܢ. Suſpicor, *firma, firmiter adfixa, vt vacillare nequeant,* ibi ſignificare.]

ܩܘܒܥܡܪܬܐ phylacterium, amuletum *e piis precibus.*

ܩܒܪ ſepeliuit, Gen. 23, 19. *Ethpe. Paſſ.* Act. 2, 29. *Pah. i. q. Kal.* 2) tumulauit; congregauit, coaceruauit, Rom. 12, 20. *Nov.* 436. *Ethpa.* fatigatus eſt, *Nov.* 379.

ܩܒܪܐ ſepulcrum, Num. 19, 16.

ܩܒܪܐ glomus. 2) uva apum.

ܩܒܘܪܐ, ܩܒܘܪܬܐ ſepultura, ſepulcrum, Luc. 24, 1. Act. 2, 29.

ܩܒܘܪܐ veſpillo, ſepeliens, Mat. 8, 22.

ܩܒܪܢܛܠ hortus.

ܩܘܒܪܢܝܛܐ gubernator, Act. 27, 11. Apoc. 18, 17.

ܐܬܩܒܪܢܛ gubernatus eſt.

ܡܩܒܪܢܐ coaceruans, congerens, accumulans, Pſ. 128, 7.

ܩܒܪܐ ܕܐܠܩܡܘܪܘܣ *Alchym.* luna.

ܩܒܪܝܣ cinnabaris.

ܩܘܒܪܪܐ mundatio tritici. 2) minus tributi genus.

ܩܪܒܬܐ ſpuma iuris.

[ܩܪܒܘܬܐ idem quam Chald. *vrceus maior*. Chreſt. p. 102. pro vrceo ponitur, cineres et oſſa ſanctorum habente. Forte ex *κιβωτός*.]

ܩܪܕ abſcidit, amputauit, Levit. 13, 56. Luc. 5, 36. *Pah.* Id. totondit, 1 Par. 19, 4. *Ethpe. Paſſ.*

ܩܪܕܐ ſciſſura.

ܩܪܕܬܐ lebes, 3 Eſr. 1, 12. *videtur* ܕ *pro* ܪ.

ܩܪܢ poſſedit, *Nov.* 437. Mercedem recepit, Geneſ. 33, 9. Eccl. 5, 9. Eccli. 14, 5. *Lat.* gaudere, 1 Cor. 7, 30. *Ethpa.* collectus, contractus eſt. *B B.* ܩ ܗܘܢܐ compos rationis factus eſt.

ܩܪܢܐ cadus. Merces. (Vexillum magnum, *Nov.* 225.)

ܩܪܘܬܐ lotura. ܡܩܪܢܘܬܐ ius, poſſeſſio.

ܩܪܐܐ apertura; victoria.

ܩܪܚ depilauit, * Lev. 21, 5. Jer. 16, 6. *Aph.* accendit, c. 17, 4.

[* Vereor ne his locis ſit Hebraicum קרח alias Syris hac ſignificatione parum vſitatum, atque ܩܪܚ ſcribendum.]

ܩܪܚܐ ardor, flamma; vlulatus, clamor; perforatio, *Ar.* ثقب.

ܩ ܕܩܪܚܐ ܕܟܕܟܐ humor cryſtallinus oculi.

ܩܘܪܚܢܐ depilatio, Jeſ. 15, 2.

ܩܘܪܚܬܐ, ܩܘܪܚܬܐ laceratio, laniatus, inciſio, Jeſ. 22, 12. 3, 24. Deut. 14, 1. Am. 8, 8. Fulgur, Jeſ. 29, 6.

ܡܩܪܚܐ perforatus, pertuſus. Ignitabulum, *vt Ar.* مثقب *Nov.* 211.

ܩܘܪܛܘܣ *Camela* tolutim currens.

[ܩܪܛܣ *codex.* Occurrit in ſubſcriptione Romana verſionis Philox. teſte Adlero. Vide biblioth. noſtram Or. T. XVII. p. 125.]

[ܩܕܠ in ſt. emph. ܩܕܠܐ, idem quod Chald. קדל, Ar. قَذَالٌ *vertex, occiput.* In V. T. frequentiſſimum, vt Lev. 5, 8. ܠܘܩܒܠ ܩܕܠܗ *e regione ceruicis eius.* Jeſ. 48, 4. ܩܕܠܟ ܓܝܕܐ ܗܘ ܕܦܪܙܠܐ *ceruix tua eſt neruus ferreus.* Exod. 23, 27. ܢܗܦܟܘܢ ܩܕܠܗܘܢ *obuertent verticem*, i. e. terga dabunt, 32, 9. ܩܫܐ ܩܕܠܐ *durus ceruice.* Plura ſi cupias, euolue verſionem Syr. illis locis, vbi in Hebraico עֹרֶף eſt, pro hoc enim nomine plerumque ponitur. In N. T. ſemel legitur, Actor. 7, 51. ܩܫܝ ܩܕܠܐ pro σκληροτράχηλοι. Caſtellus haec modo pauca, Chaldaicis immiſta, de eo habebat: *Syr.* ܩܕܠ *id. ib. occiput, Nov. Th.* 25. Dubia nominis ſignificatio videri poſſit, pro Heb. עַבְרוֹת Pſ. 7, 7. poſiti, ſuſpicaberisque forte, eſſe ibi *iniuſtitiam* ex Arabico تَغَدَّلَ *violenter et iniuſte egit.* At DATHE veroſimillime coniecit, בעַרְפוֹת Syrum legiſſe, vertitque, *attolle te ſuper ceruicibus hoſtium meorum.* Arabs Antiochenus ibi vertit, عَلَى أَقْطَار *ſuper extrema?* an, *ſuper latera hoſtium.*]

ܩܕܡ anteuertit, anteiuit, praeuenit, obuenit, *cc* ܠ Mat. 17, 25. 28, 7.* *Pah.* Id. Marc. 1, 35. ܩ ܪܫܡ praedefiniuit, Act. 4, 28. ܩ ܟܪܙ praenunciauit, c. 7, 52. ܩ ܣܡ praeconſtituit, Rom. 3, 25. ܩ ܐܡܪ praedixit, c. 9, 29. ܩ ܚܙܐ praeuidit, Heb. 11, 40. ܩ ܥܠ antegreſſus eſt, c. 6, 20.† *Ethpa.* praeoccupatus eſt, Gal. 6, 1. 1 Tim. 5, 21.

[* Ex his duobus exemplis conj. Peal cum alterum modo certum ſit, Matth. 28, 7. ܩܕܡ ܠܟܘܢ ܠܓܠܝܠܐ *praecedit vos in Galilaeam*, alterum ab aliis ad Pael referatur, haec ex Schaafio, ſignificationes habente, *anteuertit, praeuertit, anticipauit, praeoccupauit, anteiuit, anteceſſit, praeceſſit, praeuenit, prius aliquid fecit*, *Arabicum* قَدَّمَ, addo Matth. 21, 31. ܩܕܡܝܢ ܠܟܘܢ *praecedunt vos in regnum dei*, Marc. 14, 28. 1 Cor. 11, 21. ܩܕܡ ܐܢܫ ܠܗ, προλαμβάνει ἐν τῷ φαγεῖν, 2 Petr. 3, 17. ܩܕܡܝܢ ܐܢܬܘܢ ܝܕܥܝܢ προγινώσκοντες. ܩܕܝܡ Marc. 10, 32. malim ܩܕܝܡ efferre, vt ſit participium Peil actiue poſitum, (gramm. §40) ܩܕܝܡ ܗܘܐ ܠܗܘܢ *praecedebat eos.* De

De vſu huius verbi, cum in Peal, tum in Pael, ad exprimenda verba compoſita cum ANTE, vide gramm. Syr. § 88. p. 227.]

[† Aliquando et Pael idem eſt, quod Hebr. השכים *mane aliquid fecit.* Geneſ. 21, 8. ܩܕܡ ܒܨܦܪܐ ܩܪܐ *ſurrexit mane et vocauit*, ab Ephraemo Tom. I. p. 54. exprimitur: ܩܕܡ ܐܒܪܗܡ ܩܪܐ. Quin et in ipſis Polyglottis in eodem capite v. 10 &c. 22, 3. legitur ܩܕܡ ܐܒܪܗܡ ܒܨܦܪܐ.]

ܩܕܡ ante,* coram, (in vſum, 1 Par. 29, 19.) *praec.* ܡܢ Joh. 17, 5. 24. 1 Tim. 2, 1. ܩܕܡ ܟܠ ܐܦ ܠܐ ܕܐܬܩܕܡܬ *te* progreſſus feciſſe, 1 Timoth. 4, 15. ܠܐ ܢܬܩܕܡܘܢ 2 Tim. 3, 9. ܡܢ ܩܕܡ ܐܠܗܐ dono dei, Eccleſ. 38, 2. ܩ ܥܝܢܐ ante oculos, in conſpectu, coram.

[* ܩܕܡ ܫܢܬܐ non eſſe ſimpliciter, ante hunc vel illum annum, ſed, *anno praegreſſo*, in grammatica p. 276. monitum, atque conſtructio explicata.]

ܩܘܕܡܐ conſpectus, *ſubſt. et* primum, primo, 1 Tim. 1, 16. 2 Tim. 2, 6.

ܩܕܡܝ, ܩܕܡܝܐ antiquus, primus, primarius, maior natu, Matth. 17, 27. 20, 27. 21, 28. 31. 22, 25. 38. 10, 2. ܩܕܡܝ ܒܟܠ princeps in omnibus, Col. 1, 18. *Pl.* ܩܕܡܝܐ Mat. 5, 21. *v. L'Emper. Bava Kama* 303. ܩܕܡܝܐ ܕܣܐܡܐ ſcoriae argenti ſuperiores, *Nov.* 125. f. ܩܕܡܝܬܐ Luc. 2, 2. 11, 26. *Pl.* Heb. 5, 12.

ܩܘܕܡܝܬܐ primitiae.

ܩܕܝܡܘܬܐ anticipatio, praeceſſio, primatus, antiquitas.

ܡܢ ܩܕܝܡ ab initio, principio, ante, prius, quondam, Luc. 1, 2. Joh. 6, 62. 64. 9, 8. 16, 4.

ܩܕܡܝܬ primo, prius, Gen. 1. t. Jer. 16, 18. Act. 11, 26.

ܩܕܡܝܐܝܬ Id. 1 Joh. 4, 19.

ܩܘܕܡܘܬܐ, ܩܘܕܡܘܬ praeceſſio, praepoſitio. ܩ ܣܝܡܐ anteceſſio poſitionis. ܩ ܡܡܠܠܘܬܐ praedictio, Pſ. 24, t.

ܩܕܡܝܐ

ܡܩܲܕܡܵܢܵܐ praepoſitus. ܩܘܼܕܡܵܐ coram, ante.

ܩܘܼܕܡܵܝܵܐ primitius, primitiuus.

ܡܩܲܕܸܡ matutinans, 1 Sam. 17, 16.

ܩܘܼܕܡܵܝܘܼܬܵܐ, ܩܲܕܡܵܝܘܼܬܵܐ prioritas. ܩܛ ܩܘܼܕܵܡܵܐ praepoſitio. ܩܛ ܝܼܕܲܥܬܵܐ praeſcientia, Act. 2, 23. 1 Pet. 1, 2.

ܠܩܘܼܕܡܝܼܢ ante, primum, quamprimum, Jeſ. 65, 7. ܡܢ ܠܩܘܕܡܝܢ ܝܕܥ praecognouit, Rom. 8, 29.

ܠܩܘܕܡܝܢ ܡܢ antea, Pſ. 102, 26. Act. 26, 20.

ܩܝܼܕܘܼܢܵܝܵܐ Sydonius? *Nom. gentis*, ܐܒܪܗܡ ܩܝܕܘܢܝܐ *dicitur familiaris S. Ephrem M. amicus.* (leg. Cydonius.)

ܩܘܪܝܐܢܕܪܘܢ coriandrum (*c* ܕ *loco* ܪ).

ܩܕܪܐ lebes, olla; vas metiendo lacti excogitatum; ſinus lactis, Exod. 16, 3. 1 Reg. 7, 40. 2 Reg. 4, 38. Pſ. 108, 10. Jeſ. 40, 15. Jer. 1, 13. 27, 3.

ܩܘܕܪܡ *i. q. Ar.* ابريم *BB.** (idem fort. quod بريم a بريم *T.*)

[* Hoc Arabico nomine ابريم lexica noſtra carent, videtur autem aliquod ſerpentum genus ita dictum, forte ab ابر pupugit. Habent et Syri quadriliterum,

ܩܪܩܪܐ ipſum quoque ſerpentis nomen. Occurrit in Ephraemi comment. in Job 26, 13. vbi dicit, pro *ſerpente profugo*, in Hebraeo ſcriptum eſſe ܚܘܝܐ ܩܪܩܪܐ. *Tortuoſum* reddit latina, cui parum fidei, verſio operibus Ephraemi addita, quod ab Hebraico נחש בריח longiſſime abludit: cogitabatne, qui illam confecit, de נחש עקלתון, non inſpecto textu Hebraico? Certi nihil habeo, ſed ſi quid ſuſpicari aut potius interrogare eos liceat, quibus acceſſus ad Syriacas bibliothecas datur, retulerim Syriacum nomen ad Hebr. קרקר *vertex*, illudque diriſſimum ſerpentum genus intellexerim, quod a ſolo ex arena exſtante capite ܪܫ ܚܘܝܐ *caput ſerpentis* vocare Syri ſolent. Praecedensne adeo, ex BB. citatum nomen, ܩܘܕܪܡܐ ſcribendum? Dicant, quibus codicum inſpiciendorum facultas.]

ܩܕܪ ſcidit, *vt* ܩܪܕ *vel pro eo.* ܩܕܪܐ olla.

ܩܕܪ Cedar, (Kedareni) Pſ. 119, 5.

ܩܕܪܢܝܐ cedrinus, 3 Eſd. 5, 55.

ܐܩܕܘܪܙ *i. q. Ar.* ببدز *BB.*

ܩܕܫ ſanctificauit, conſecrauit, Exod. 29, 27. 44. 2) ſacrum, *ſ.* miſſam celebrauit. 3) f. *Nom. loci vbi ſepultus Barac. vid. Benj.* (Tudel.) *Itin.* 54. *cui* 5 *Nomina*, Sinai, Paran, Sin, Kedemoth, Cades. *R. Sa. et al. Ethpa. Paſſ. Kal* Heb. 10, 10. 14. 29. 2, 11. Luc. 11, 2.

ܩܕܫܐ inauris.

ܩܕܝܫ, ܩܕܝܫܐ *Pl.* ܩܕܝܫܝܢ, ܩܕܝܫܬܐ f. ܩܕܝܫܬܐ, ܩܕܝܫܘܬܐ *Pl.* ܩܕܝܫܢ, ܩܕܝܫܬܐ ſanctus, Luc. 1, 35. 49. 70. 72. f. 2) congeſtio, collectio.

ܩܕܝܫܘܬܐ ſanctitas. Rom. 6, 19.

ܩܕܝܫܐܝܬ ſancte.

ܩܘܕܫ, ܩܘܕܫܐ *i. q.* ܩܕܝܫ Rom. 1, 4. Matth. 1, 18. Heb. 9, 4. Sanctitas, Exod. 15, 11. 28, 36. Munus, oblatio.

ܩܘܕܫ ſanctificatio; 2) dedicatio *eccleſiae.**

[* Nempe ܥܕܬܐ ܩܘܕܫ vocantur, *quatuor dies dominici ab octauo vsque ad quintum ante natiuitatem Chriſti.* Aſſ. B. O. T. I. p. 530. in nota, et p. 528. in textu, ܚܕ ܒܫܒܐ ܬܪܝܢ ܕܩܘܕܫ ܥܕܬܐ *dies dominica ſecunda initiationis eccleſiae.*]

ܩܕܫ *Ar.* كندس lignum ptarmicum, ſternutamenta ciens.

ܡܩܕܫ, ܡܩܕܫܐ ſanctuarium, c. ſ.

ܡܩܕܫ, ܡܩܕܫܐ ſanctificatus, c. ſ.

ܡܩܕܫܢܐ ſanctificans.

ܡܩܕܫܢܘܬܐ ſanctificatio.

ܡܬܩܕܫܢܐ ſanctificatus, ſanctificabilis.

ܩܕܬܐ corrigia calceamenti, ſandalium, ſolea; menſura pedis. *Nov.* 120.

ܡܗܐ obſtupeſcere, obtuſum fieri, Jer. 31, 29. Ezech. 18, 2. *Aph.* obſtupefecit dentes, Eccl. 30, 10.

ܡܗܝܐ, ܡܗܝܐ obſtupidus *de dentibus;* obtuſus, rubiginoſus, *de gladio.*

ܡܗܝܐ obſtupefactus, *de dentibus;* obtuſus, rubiginoſus, *de ferro.*

ܡܗܝܐ ſtupor *dentium.*

ܡܗܝܬܐ, ܡܗܝܬܐ *fem.* τȣ ܡܗܝܐ. ܡܗܝܘܬ *i. q.* ܡܗܝܐ.

ܡܗܠ congregauit, collegit, coaceruauit. *Pah.* Id.

ܡܗ̈ܠܐ congregationes.

ܡܗܠܗܠܢܐ locutuleius, linguax, verboſus, contentioſus. f. ܡܗܠܗܠܢܝܬܐ Eccl. 26, 32.

ܡܗܘܗܠܬܐ exclamatio, vociferatio. *v. de Dieu* Eccl. Sal. 1, 1.

ܡܗܢܛܪܘܢܐ centurio.

ܡܗܫܘܬܐ conculcatio.

ܡܗܠܐ *i. q. Ar.* احتمال صبر patientia, expectatio.

ܡܘܒܐ ſpina.

ܡܘܒܢܐ ſuppuratio; catarrhus; nubecula vnguium, *h. e.* vnguium albidum punctum.

